



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118855

§. 49. Cæsar civitates Imperiales a continuando correspondentium fœdere
dehortatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67344)

Augustæ Vindelicorum conventum celebrabant, in quo de gravibus Imperii negotiis, ac præcipue de pacis revocandæ mediis ultro citroque disceptatum, deliberatumque est: Ipse quoque Ferdinandus Cæsar hac super re crebris tam ad Catholicos quam ad Protestantos missis literis, Legatisque conferebat.

Sæc. XVII.
A. C. 1621.

§. XLIX.

Cæsar civitates Imperiales a continuando Correspondentium fœdere dehortatus.

Verumtamen amplissima hæc Anglici Regis promissa unitos Principes ad restaurandam Palatini causam adeo non incitabant, ut potius oblatam Cæsaris

*Merc. Gallob. tom. 13. l. 4.
Lotich. l. c.
Bell. l. 5.*

bellos, quibus Palatinam proscriptionem fuisse nullam, demonstrare nitebantur; & quidem in idiomate Theutonico Manheimii vulgabatur libellus, cui titulus. *Kurze Darthnung oder Bericht, daß die Churpfälzische Achtserklärung vielen unheilbaren Nullitäten unterworfen seye.* Eandem quoque Spartam tentabat Rusdorffius in suis vindiciis causæ Palatinæ: plura alia scripta in hanc & illam partem edita exhibent Londorpius cit. & Khevenhillerus tom. 9. pag. 1590. & seqq.

Sæc. XVII. A. C. 1621. faris gratiam amplecti certarent; præterlapsa enim secundioris fortunæ cupidine sæpius jactata immotæ unionis firmitas in Principum unitorum diffidia, mutuamque diffidentiam degenerare videbatur: quo animadverso Cæsar totus in eo incubuit, ut præprimis civitates liberas ab unionis foedere & Palatini patrocinio averteret, demum vero ipsos quoque Principes, qui ob pactam inter se unionem *Correspondentes* vocari gestiebant, sensim placaret, & mitioribus clementiæ remediis, ad obsequii semitam reduceret: Hunc in finem Schwicardo Electori Moguntino, & Ludovico Hassiæ Landgravio plenam cum civitatibus transigendi copiam fecit: ipsemet vero Ferdinandus hanc in rem ad Imperiales civitates literas dedit, exponens, quod quidem victoriis, copiisque prævaleat, „pacem tamen bello præferens, eas postrema vice hortetur, ut unioni, cujus terminus propediem aliunde instat, ac Palatini patrocinio valedicant, spe certa, omnibus concessa præteritorum venia, eas nec ab Austriacis & Burgundicis, nec a ceteris copiis Cæsareis molestiarum quicquam perpeffuras esse, omnia vero earum jura, immunitates, cunctaque ad pacem Religionis & profanam spectantia confirmatum iri: desuper

per autem mentem suam primo quo-
 que tempore aperirent, Ad has
 igitur literas præ ceteris Senatores
 Norimbergenses rescripsere, quod de
 Cæsaris clementia sibi gratulantes, cum
 ceteras civitates cum Electore & Land-
 gravio jamjam deliberare cognoverint,
 ipsi quoque de Cæsarea voluntate ad
 socias pariter in Franconia urbes re-
 ferre, moxque responsum habita cum
 civitatum Legatis, quorum adventum
 indies expectant, deliberatione mit-
 tere decreverint.

§. L.

*Correspondentium unio per pacem in-
 ter eos & Spinolam Marchionem
 in vitam dissoluta.*

Interim Christianus Daniæ Rex, cum
 ægre ferret, Hispanos per Palati-
 natum, finitimasque ditiones nemine
 obsistente victricia sua arma circum-
 ferre, pacis arbitrum agere, seu ve-
 rius novi belli fomitem subjicere cæpit,
 præprimis igitur apud Segebergam Hol-
 fatiorum oppidum comitia indixit, ac
 Henricum Rantzovium Equitem, plu-
 resque alios Legatos suos ad Cæsarem
 decrevit: demum tam sue, quam Bruns-
 vicensis ac Luneburgensis Ducum no-
 mine ad Marchionem Spinolam literas
 die

Sæc. XVII.
 A. C. 1621.

Merc. t. 13.
 lib. 4.
 Carafa
 Germ. rest.
 pag. 97.
 Londorp.
 Tom. II.
 pag. 381.